Fortis Anhaltinus *Princeps post fata parentis,*
Qui Sigismundi *nomine dictus erat:*
Ascanios populos instruxit legibus aquis,
Et patriæ tutos fecit ab hoste focos.
Conjugio quater indulsit fœlixq; maritus
Factus & est fœlix prole frequente pater.
Albertus *Saxo primam post fata reliquit,*
Quæ fuit Ossensis filia pulchra Ducis.
Altera chara Soror Bernhardi *Principis olim*
Bernburgæ *Dominus qui ditionis erat.*
Tertia conjugium subiit Generosa Sophia
Ex Honsteiniaca *virgo creata domo.*

ANNA, FIL. ALBERTI COMIT. RUPPIN. & Lindavienſ. I. Adavia materna.

Filia Ruppini *Comitis fuit ultima conjunx,*
Mater & Ernesti Principis illa fuit:
Qui magno sumptu posuit fundamina templi,
Qua stant antiquæ mœnia Dessaviæ.

Secundus Adavus & Adavia materna

Illustriß. Princip. & Domini,

Dn. IOANN. FRIDERICI SPONSI, & Principum Fratrum Ducum Würtemb. Comitum Momp.

HEINRICUS, Comes Berneccius, Nidanus & Glacenſis, Dux Münſterberg. in Sileſia creatus à FRIDER. III. Imperatore, Anno Dom. 1462. Paterna ditione Pojebradia (habuit enim Patrem GEORG. Pojebrad. Regni Bohemiæ gubernatorem, & poſtea Regem) relicta, eam conceſſit Uladiſ-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: , [19] - uncounted